Nr. 3156. IX. 1900.

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

# Lavanter Diöceſe.

Inhalt. 56. Litterae Apostolicae ad Episcopos graeco-melchitas. — 57. Breve des Heiligen Vaters Papſt Leo XIII., betreffend die katholiſche Univerſität in Salzburg. — 58. Ex Sacra Congregatione S. Officii. — 59. Ex Sacra Congregatione super Disciplina regulari. — 60. Ex Sacra Congregatione Rituum. — 61. Verordnung des Finanz-miniſteriums vom 14. Juli 1900, betreffend die Einbekennung des dem Gebürenaequivalente unterliegenden Vermögens für das Decennium 1901 bis 1910. — 62. Weiſung, betreffend die Ausſtellung von Löſchungs-Quittungen. — 63. Diöceſan-Nachrichten.

## 56.

## Litterae Apostolicae ad Episcopos graeco-melchitas.

## LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Omnibus compertum exploratumque est, Venerabiles Fratres, Nos, sub ipsa Pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertisse. Editis insuper nonnullis actis praesertim Constitutione *Orientalium*, plura a Nobis sunt opportune declarata et decreta ad earumdem coniunctionem cum Petri Cathedra obstringendam, nec non ad reconciliationem dissidentium fovendam. Alias deinceps occasiones libenter nacti sumus actuosae benevolentiae erga catholicos orientales testandae, et nihil profecto antiquius, nihil sanctius habuimus quam animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et foecunditatem fidei ut ad maiorum excellentiam et laudem, renovatis exemplis, nitantur.

Inter omnes vero orientales ecclesias, inclitam nationem et patriarchatum antiochenum graecomelchitam singulari prorsus benevolentia prosequuti sumus et prosequimur. Etenim, ut pauca tantum nunc commemoremus, optime nostis, Venerabiles Fratres, Nos inde ab anno 1882 Seminarium in urbe Jerosolymitana pro Graeco-Melchitis instaurasse, eique Missionales Algerinos praefecisse. Praeterea plures alumnos ex eadem natione graeco-melchita Nostris expensis, Romae, in Athanasiano Collegio instituendos curamus, ut ad fontem ipsum, catholicam veritatem hauriant, et unitatis centrum, quod in Sede Apostolica divinitus constitutum est, venerari coram atque adamare adsuescant. Denique, anno 1894, uti ex eadem Constitutione *Orientalium* eruitur, Patriarchae graecomelchitae iurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles eiusdem ritus qui intra fines turcici imperii versantur.

Paternae huic benevolentiae erga nationem graecomelchitam apte respondisse religiosam vestri Ordinis operam libenter testamur; tum ob sedulitatem, qua, in sollicitudinis Nostrae partem vocati, ministerio vestro fungi studetis, tum ob industriam qua commissi gregis incolumitati prospicitis. Etsi vero haec omnia non sine vestri ordinis laude commemoremus, dissimulare tamen non possumus, tristitiam qua affecti sumus, cum leves quasdam dissensiones inter vos nuper exortas noverimus. Huiusmodi dissidium, favente atque opitulante Dei gratia, componere potuimus; quum enim plures ex vobis, qui elapso mense Romam petierunt, hortationibus Nostris laudabiliter obtemperaverint, pax et concordia illico restituta est. Nunc vero ad hanc animorum consensionem firmandam tria potissimum per praesentes Litteras declaranda censuimus.

I. Quoad Patriarchalia iura, privilegia, munera, praerogativas nihil detractum volumus aut imminutum; simul tamen Venerabilem Fratrem Nostrum Patriarcham Antiochenum Graeco-Melchitam enixe rogamus, ut eiusdem nationis episcopos, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei,* ea qua par est, reverentia prosequatur et fraterna caritate complectatur, iuxta B. Petri Principis Apostolorum praeceptum: *Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo* (I. Ep. V, 3), cui consonant praeclara Bernardi verba: *Magis agat caritas*, *quam potestas.*

II. Praeterea episcopos omnes eiusdem nationis monemus, ut praelaudato Patriarchae tamquam legitimo Praesuli honorem et obsequium exhibeant, debitamque obtemperationem praeseferant; quod si quaedam suboriatur inter ipsos controversia, eam primum Patriarchae iudicio demisse subiiciant; si vero rem dirimi non eveniat ad sedem Apostolicam reverenter deferatur.

III. Ad praecavendas futuras iurium contestationes, optime valitura est Synodi Nationalis celebratio. Quocirca,

quemadmodum alias vobis commendavimus, ita nunc per praesentem epistolam praecipimus; ut huiusmodi Synodus quantocius convocetur, in qua de iuribus Patriarchae et episcoporum, de recta fidelium administratione, de cleri disciplina, de monachorum vel aliis piorum institutis, de missionum necessitatibus, de cultus divini decore, de sacra liturgia, de cognatisque agatur rebus, quae diligenter cautissimeque sunt reputandae ad maiorem Dei gloriam procurandam et Ecclesiae graeco-melchitae splendorem augendum. Uti penes alias orientales ecclesias Synodi nationalis celebratio maximo fuit emolumento pro negotiis componendis et ecclesiastica disciplina instauranda, ita vestrae Ecclesiae ex legum scriptarum elucubratione et promulgatione praeclaros fructus profecturos, Nobis iure merito pollicemur.

Nunc vero, antequam finem praesentibus litteris imponamus, intimo nostri cordis affectu vos hortamur et obsecramus, ut quotidie magis arctissimo caritatis foedere devincti, *solliciti sitis cum omni humilitate et mansuetudine servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Nemo enim vestrum ignorat quantopere ad totius Ecclesiae bonum et ad reconciliationem dissidentium fovendam intersit, animorum, voluntatum et sententiarum concordia. Quapropter certa nobis spes est, venerabiles fratres, futurum ut vos paternis hisce monitis, desideriis, postulationibus libentissime obsequentes, dissensionum germina radicitus evellere ac ita gaudium nostrum implere velitis, omnesque gravissimi vestri muneris partes obire ad consummationem sanctorum in aedificationem corporis Christi. Persuasum vobis sit deliberatum esse nobis ea omnia praestare, quae ad maiorem ecclesiae graeco-melchitae utilitatem pertinere posse noverimus. Interim in humilitate cordis nostri Deum oramus et obsecramus, ut caelestium charismatum copiam vobis, propitius largiatur. Ac divini praesidii auspicem et flagrantissimae illius, qua vos in Domino amplectimur, caritatis testem, apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, cunctisque clericis laicisque fidelibus graeco-melchitis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Iulii anno MDCCCC, pontificatus nostri XXIII.

LEO PP. XIII.

---

## 57.

## Breve des heiligen Vaters Papſt Leo XIII., betreffend die katholiſche Univerſität in Salzburg.

Am 29. Jänner 1900, Z. 24, hat ſich der Verein für Gründung und Erhaltung einer freien katholiſchen Univerſität in Salzburg an das F.-B. Lavanter Ordinariat mit einer Zuſchrift gewendet, in welcher der Plan mitgetheilt wurde, durch Sammlungen in den Kirchenprovinzen Wien und Salzburg in fünf Jahren die Mittel aufzubringen, um nach fünf Jahren zwei Facultäten, die juridiſche und philoſophiſche eröffnen zu können.

Das F.-B. Lavanter Ordinariat hat dieſe Einladung unter dem 8. Februar 1900, Nro. 471, in nachſtehender Weiſe beantwortet:

„Mit Bezugnahme auf das ſehr geſchätzte Schreiben vom 29. Jänner 1900, Z. 24, betreffend den bei der Generalverſammlung vom 14. Jänner 1900 angenommenen Geldbeſchaffungsplan, beehrt ſich das F.-B. Ordinariat mit der dienſthöflichen Mittheilung, daſs dieſer einer wahrhaft katholiſchen Lebensfriſche entſproſſene Plan auch im Bereiche der Diöceſe Lavant die verdiente Würdigung gefunden hat.

Gerne gibt deshalb das F.-B. Ordinariat ſeine Zuſtimmung zu dem anher mitgetheilten Actionsplane, und wird es in Erwägung der obwaltenden Umſtände am förderlichſten ſein, wenn ſich der wohllöbliche Centralausſchuſs direct an die Pfarrämter der Diöceſe Lavant mit dem Erſuchen um thunlichſte Mitwirkung wendet.

An der thunlichen Mitwirkung wird es im Allgemeinen auch nicht gebrechen. Freilich ſind die localen Bedürfniſſe ſelbſt ſehr groß. Es beſtehen im Bereiche der Diöceſe an fünfzehn Kirchenbauvereine, um ganz und gar nothwendige Gotteshäuſer neu zu bauen oder aber die alten zu vergrößern und würdig auszuſchmücken. Die Vorſtadtpfarre St. Magdalena in Marburg ſah ſich gezwungen, durch Ausgabe von Kirchenbauloſen die chriſtliche Mildthätigkeit auch weit über die Grenzen der Lavanter Diöceſe hinaus in Anſpruch zu nehmen, da im eigenen Bereiche die nöthigen Mittel nicht beſchafft werden konnten. Die neue Marienkirche in Marburg bedingt einen Koſtenaufwand von beiläufig einer Million Kronen, und iſt die den Kirchenbauverein drückende Schuldenlaſt groß, und der Bedürfniſſe ſind noch ſo viele. Es muſs aber in Bälde auch mit dem Baue einer Herz-Jeſukirche in Marburg begonnen werden, da die vorhandenen Gotteshäuſer die Kirchenbeſucher nicht faſſen.

Wie aber die Diöceſe Lavant auch außerhalb ihrer Grenzen eine wohlwollende Förderung ihrer Intentionen gefunden hat, ſo iſt ſie auch bereit nach Kräften das Gute überall zu fördern, wo die Mittel auslangen.“

Unter dem 11. September 1900 haben aber Seine hochfürſtlichen Gnaden, Dr. Johannes Katſchthaler, erwählter Fürſterzbiſchof von Salzburg, nachſtehendes Breve des heiligen Vaters Papſt Leo XIII. anher mitgetheilt:

**Leo PP. XIII.**

Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem! Ad Franciscum Albertum, tunc temporis Salisburgensium antistitem, litteras dedimus die IV. Martii anni MDCCCLXXXV, quibus Comitiorum Ducatus istius De-

cretum laudabamus, Lycei magni, istic per duo ferme saecula olim florentis, instaurandi. Eius enim Decreti occasione, praestantium virorum coetus est constitutus, qui liberam catholicamque Universitatem studiorum in civitate vestra erigendam curarent: utilissimum sane opus tum rei religiosae tum publicae. — Nunc autem susceptae provinciae nec memorati coetus diligentias defuisse nec spem fausti exitus deesse libenter novimus. Nam ex data nuper epistola comperire licuit, industriis non mediocrem pecuniae vim operi exequendo fuisse collatam. Ast avet animus rem quantocius perficere. Quamobrem ad tollendas moras, expeditiorem viam inire vobis visum est; ut videlicet, per universum Austriae imperium praecipue vero per ecclesiasticas provincias Vindobonensem et Salisburgensem, certam sed perexiguam stipem singuli fideles conferant; qua per quinquennium tributa ea colligatur pecuniae quantitas, quae par omnino sit operi.

Nos, quibus cordi est summopere Lyceum magnum Salisburgense fundari quamprimum ac dedicari consilium hoc vestrum expediendae rei probamus plane ac commendamus. Venerabiles vero fratres, praedictarum dioecesium Episcopos, vehementer hortamur, ut populum de condendi Instituti utilitate doceant omnesque excitent ad conferendam pro viribus operam. Tibi autem et universis, qui coeptis vestris obsecundabant, Apostolicam benedictionem Nostrae caritatis testem ac munerum divinorum auspicem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVII. Augusti anno MCM, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

**Leo P. P. XIII.** m/p.

Venerabili Fratri
**Joanni**
electo Archiepiscopo Salisburgensium
Salisburgum.

Dem heiligen Vater liegt alſo ſehr am Herzen, daſs dieſe höhere Lehranſtalt ſo bald als möglich gegründet und eröffnet werde. Der heilige Vater mahnt die Biſchöfe der beiden Erzdiöceſen Wien und Salzburg dringend, daſs ſie das Volk über den Nutzen des geplanten Werkes belehren und alle aufmuntern ſollen, nach Kräften zu demſelben beizuſteuern.

Bezüglich der philoſophiſchen Facultät wird man wohl keinen Zweifel haben, daſs es von der höchſten Bedeutung ſei, die zukünftigen Profeſſoren der Mittelſchulen und Lehrerbildungsanſtalten in jene Philoſophie einzuführen, welche mit den Lehren der heiligen Kirche und mit der geſunden Vernunft im Einklange ſteht. Hat ja ſchon der heidniſche Weiſe Ariſtoteles in ſeiner Logik, I, 11, den Ausſpruch gethan: „Wer die Frage aufwirft, ob wir die Götter ehren und die Eltern lieben ſollen, bei dem iſt nicht Belehrung, ſondern Strafe am Platze."

Hinſichtlich der juridiſchen Facultät aber breitet ſich eine vom Vereine für Gründung und Erhaltung der katholiſchen Univerſität in Salzburg verſandte Schrift in nachſtehender Weiſe aus:

„Man hört ſo oft: „Was ſoll das heißen, eine katholiſche juridiſche Facultät? Was hat die Religion mit dem Studium der Geſetze zu thun?" Wer alſo denkt, der iſt ſich der hohen Aufgaben des abſolvierten Juriſten nicht bewußt. Auf der Univerſität wird freilich vor Allem das gefaßte, geſchriebene Recht gelehrt, aber das gefaßte Recht iſt oder ſoll nichts anderes ſein als der Ausdruck des einem Volke innewohnenden Rechtsbewußtſeins; Rechtsbewußtſein iſt aber eine Folge der im Volke vorhandenen moraliſchen Geſinnung, und wenn es auch geleugnet wird, ſo bleibt es wenigſtens für die große Mehrheit der Menſchen richtig: die Moral, die Lehre vom ſittlich Guten und Böſen hat nur dann einen ſicheren Halt und beeinflußt praktiſch das Zuſammenleben der Menſchen, wenn durch die Religion erklärt wird, warum etwas gut oder böſe iſt und für das Eine die Belohnung und für das Andere die Strafe in Ausſicht geſtellt wird. Eine Moral ohne Religion iſt ein ſchwankendes Ding, um das man ſich weiter nicht kümmert, wenn es einem unbequem iſt, wenn der durch keine Religion gebändigte Egoismus ein Handeln gegen die Moral für das einzelne Individuum einträglicher erachtet. So hängt Religion und Geſetz innig zuſammen. Der Juriſt aber hat einerſeits das Geſetz zu interpretieren, d. h. den Wortlaut des Geſetzes dem Geiſte darzuſtellen und oft auch den durch die Zeit geänderten Verhältniſſen entſprechend auszulegen und anzuwenden; anderſeits hat er das Recht weiter auszubilden, auszumerzen, was dem Rechtsbewußtſein des Volkes nicht mehr entſpricht und was Rechtens geworden und noch nicht gefaßt iſt, zu ordnen und zu formulieren. Kurz der Juriſt hat in den geſetzgebenden Factoren gewaltig mitzureden bei Neubildung des Rechtes, wie er auch an der Ausbildung des beſtehenden Rechtes weiter zu arbeiten hat. Wie ſoll nun einer das Rechtsbewußtſein eines katholiſch denkenden Volkes erfaſſen und verſtehen können, wenn er ſelbſt für Religion überhaupt kein Verſtändnis mehr hat, für die katholiſche Kirche aber insbeſonders nur Haß im Herzen trägt. Entſpricht es vielleicht dem Rechtsbewußtſein des katholiſchen Volkes, wenn das Geſetz dem Katholiken erklärt: „Wenn deine Kirche ein Hindernis gegen deine Ehe findet, das der Staat nicht kennt, gehe nur zu dieſem, er wird dich trauen?" Dem Rechtsbewußtſein des katholiſchen Volkes entſpricht es, daſs die Ehe ein Sacrament iſt, daſs die Ehe ohne Kirche nichts iſt, und das ein ſolches Geſetz ein zum Rechte gemachtes Unrecht iſt. Entſpricht es dem Rechtsbewußtſein des katholiſchen Volkes, daſs es gezwungen wird, ſeine Kinder in Schulen zu ſenden, in denen dieſe nach dem Geſetze freilich „ſittlich-religiös" erzogen werden ſollen; die an denſelben angeſtellten Lehrer aber dürfen ſich offen als Gegner der katholiſchen Kirche bekennen und ungehindert den Kindern gerade das Gegentheil davon als Ergebnis der Wiſſenſchaft hinſtellen, was eine Stunde vorher der Katechet als Forderung des Dogmas erklärt hat? Entſpricht es endlich

dem Rechtsbewußtſein des katholiſchen Volkes, wenn Geſetze geſchaffen, beziehungsweiſe andere in Ergänzung derſelben nicht geſchaffen werden, nach welchen ein Gerichtshof, der hoch über dem Vorwurf der Parteilichkeit ſteht, nicht anders entſcheiden konnte, als den Beſchluſs einer Gemeinde ſiſtieren, die zum Baue katholiſcher Kirchen der Wichtigkeit und Gemeinnützlichkeit derſelben entſprechend beitragen wollte, weil ein Nichtchriſt mit dem Willen einer Million Katholiken nicht einverſtanden war? Nein, das entſpricht dem Rechtsbewußtſein des katholiſchen Volkes nicht, und darum braucht es katholiſche Juriſten, die dafür ſorgen, daſs ſein Rechtsbewußtſein im öffentlichen Leben wieder zum Ausdrucke komme."

Bezüglich der Aufbringung der Mittel gilt folgendes: Der Centralausſchuſs des Salzburger Univerſitätsvereines hat ziffermäßig Folgendes feſtgeſtellt: Wenn jeder Katholik in der Salzburger und Wiener Erzdiöceſe durch fünf Jahre 15½ Kreuzer, das ſind 31 Heller, zum Werke der katholiſchen Univerſität jährlich beiſteuert, ſo ergibt das nach fünf Jahren ein Capital von 4½ Millionen Gulden oder 9 Millionen Kronen, und dieſes Capital reicht zu, um nach fünf Jahren zwei Facultäten, das heißt zwei Abtheilungen der Univerſität zu errichten, und zwar die Hochſchule für Juriſten und die Hochſchule für die Profeſſoren an Gymnaſien, Realſchulen, Lehrerbildungsanſtalten u. ſ. w. Eine Familie beſteht durchſchnittlich aus fünf Köpfen; das gäbe für die Familie 5×15½ Kreuzer oder 5×31 Heller, das ſind 77½ Kreuzer oder 155 Heller = 1 Krone und 55 Heller jährlich. Weil es auch arme Familien gibt, ſo hofft der Centralausſchuſs, daſs wohlhabendere Perſonen und Familien etwas mehr geben, ſo daſs doch durchſchnittlich für den Kopf 15½ Kreuzer oder 31 Heller jährlich geleiſtet werde, und zwar durch fünf Jahre hindurch.

Es wird demnach unter Hinweis auf das obbelobte Breve des Heiligen Vaters die Förderung dieſes hochbedeutſamen Unternehmens neuerlich empfohlen.

---

## 58.

## Ex Sacra Congregatione S. Officii.

### I.

**De recipienda abiuratione haereticorum.** — Per responsum S. Congregationis datum Episcopo Bituntino die 2 Ianuarii 1669 (quod Decretum iuxta responsum a S. Officio die 21. dec. 1895 Episcopis Borussiae datum adhuc viget) declaratum est: posse Episcopos auctoritate *ordinaria* haereticos sponte comparentes in exteriore foro absolvere „post *abiurationem iuridice* factam".

Diversae ultimis annis erant in hisce regionibus opiniones de huiusce clausulae vigore. Nam alii opinabantur praedictam Episcoporum ordinariam facultatem tunc tantum executioni posse mandari, quando modo iudiciali Episcopus procedit; sic ex gr. unus ex Germaniae Ordinariis, vir in iure canonico peritissimus, litteris ad hanc Curiam missis sententiam suam esse exposuit, quod Episcopus hac ordinaria facultate uti volens debeat haereticum inducere ad abiurationem *coram Notario et duobus testibus* pronuntiandam. Quae opinio habet aliquod fundamentum in citato S. Officii Decreto, quippe quod poscit praecedere absolutioni abiurationem *iuridice* factam.

Sed eiusmodi iudicialis aut iuridica abiuratio nusquam in Germania in usu est. In regionibus acatholicis, ubi conversiones ad fidem saepius fiunt, nulla est copia Notariorum catholicorum. Accedit quod valde consultum est ut haereticis conversis *modus* abiurandi *facilis* et commodus reddatur et ut conversiones nullum strepitum vel admirationem excitent, quod fieret, si iudiciales aut iuridicae formae adhiberentur.

Hinc ubique locorum usus est, ut abiuratio erroris, et fidei catholicae professio perficiatur coram parocho et uno teste, vel, si necessitas ita expostulat, coram solo parocho, sed semper ita, ut abiuratio in exteriori foro compareat et probari valeat. Idcirco abiuratio non tam actus iudicialis aut *iuridicus*, sed magis actus *pastoralis* officii censeri debet, sed semper validus etiam pro exteriori foro.

Quae cum ita sint, subscriptus Episcopus N. N., ut sensus citati Decreti non ansam praebeat dubiis, a Sacra Inquisitionis Congregatione humillime petit, ut declaretur, num possit Episcopus *ordinaria* sua facultate absolvendi haereticos etiam tunc uti, si fiat abiuratio in stricto sensu *iuridica*, sed coram solo sacerdote ab Episcopo delegato, aut coram tali sacerdote et teste.

*Feria IV, die 28 Martii 1900.*

In congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, ab E.mis ac R.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, omnibus rite diligenterque perpensis, iidem E.mi ac R.mi Patres respondendum mandarunt:

*Respondeatur Episcopo ad mentem. Mens est quod abiuratio fieri potest coram quopiam ab Episcopo delegato ut notario et aliquibus personis uti testibus; et detur instructio 8 Aprilis 1786 ad Episcopum Limericee.*

*Praefata instructio sic se habet:* „Non est necesse „ut qui a catholica fide defecerunt, ad eamque postmodum

„reverti cupiunt, publicam abiurationem praemittant, sed „satis est ut privatim coram paucis abiurent, dummodo „tamen promissa servent, et revera abstineant communi„care cum haereticis in spiritualibus aut quidquam facere „quod haeresis protestativum sit. Idem sentiendum de iis „qui haeresim, in qua usque ab initio educati fuere, pri„vatim abiurent".

Sequenti vero feria VI, die 30 eiusdem mensis et anni, in solita audientia a SS.mo D. N. Leone Div. Prov. PP. XIII R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus relatione, SS.us D.nus responsionem EE.morum Patrum adprobavit.

*I.* Can. *Mancini,* S. R. et U. Inquisit. Notarius.

II.

**DECRETUM. De lege ieiunii et abstinentiae anticipanda vel dispensanda ab Episcopis.**

*Feria IV die 5 Decembris 1894.*

Cum recenter ad hanc Supremam Congregationem S. R. et U. Inquisitionis a compluribus Episcopis pervenerint petitiones, quarum omnium una mens erat, abstinentiae legem, de qua valde solliciti sunt, magnis in populorum concursibus aegre admodum ac difficulter variis de causis posse servari et damno potius animarum quam saluti praebere occasionem, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini S. E. R. Cardinales contra haereticam pravitatem in universa christiana republica Generales Inquisitores, in plenario comitio dictae feriae IV. die 5 Decembris 1894, re integre proposita ac mature perpensa, decreverunt ut infra, scilicet:

Supplicandum Sanctissimo ut Episcopis aliisque locorum Ordinariis concedere dignetur facultatem anticipandi die sibi benevisa atque ob gravissimas causas etiam dispensandi super lege ieiunii et abstinentiae, quando festum sub utroque praecepto servandum Patroni Principalis aut Titularis, vel solemne aliquod festum item magno populorum concursu celebrandum, inciderit in ferias sextas aut sabbata per annum, excepto tempore quadragesimae, diebus quatuor temporum et vigiliis per annum ieiunio consecratis; atque ut eâdem anticipandi seu etiam gravissimis de causis dispensandi potestate uti possint pro diebus, quibus nundinae extraordinariae, magno item populorum concursu, habeantur.

Habita autem per R. P. D. Assessorem S. O. relatione sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, idem Sanctissimus Dominus praesens decretum ratum habuit et confirmavit ac omnibus et singulis locorum Ordinariis facultatem, de qua agitur, perpetuis futuris temporibus concessit ac attribuit, facta tamen in singulis casibus mentione apostolicae dispensationis.

*Ios. Mancini,* S. R. et U. I. Notarius.

---

59.

## Ex Sacra Congregatione super Disciplina regulari.

**DUBIUM. An Episcopus excipere cogatur Religiosos saecularizatos, et an eosdem valeat adhibere in sacris ministeriis.**

*Illme ac Rme Dne, uti frater,*

Difficili Regularium hodiernae conditioni occurrere satagens, S. Congr. super Disciplina Regulari, pro illis *Religiosis,* qui gratia vocationis destituti, vel de alia rationabili causa muniti, extra claustra degere voluerunt, et tractu temporis vellent — auditis Superioribus Generalibus Ordinis, maturo consilio, statuit atque decrevit: — „ut „ipsis facultas tribueretur manendi extra claustra habitu „regulari dimisso, *ad annum:* quo tempore S. Patrimonium „sibi constituerent; Episcopum *benevolum receptorem* inve„nirent; atque deinde *pro saecularizatione perpetua,* iterum „recurrerent, et interim Sacra facientes, verbum Domini „praedicantes, fidelibus populis pia conversatione prodesse „valerent."

Quibus autem dispositionibus iurisdictio episcopalis nulli subest detrimento; namque Ordinarius *invitus non* cogitur *illos* in suum Clerum cooptare, neque Beneficiis ecclesiasticis proponere; sed *perdurante* gratia concessionis, eiusdemque a Sede Apostolica, consecuta *prorogatione,* ad sancta obeunda ministeria, *pro lubitu,* in sua Dioecesi habilitare potest, si velit. Neque ullam huic agendi rationi dubitationem infert *Decretum Auctis admodum* 1892, quia hoc *per regulam generalem* afficit *Instituta* recentia *votorum simplicium;* ac tantum *per exceptionem* respicit *Ordines proprie dictos,* in quibus *vota solemnia* religiosi nuncupantur. Quae tamen *exceptio,* si fieri contigerit, in *singulari decreto* adamussim *notatur,* ita ut *speciale Rescriptum,* eiusque conditiones, *legem* pro *individuo,* constituunt: et solummodo *ab eo* Ordinarius sui agendi rationem quaerere debeat.

Iam vero, litteris, quas, die 4. Iulii cur. an. Amplitudo tua, ad hanc S. Congregationem mittere existimavit, *relate* ad PP. . . . . . Ordinis SSmae Trinitatis — et *pro quibus* ut ait, — „*quin* onera *Episcopi benevoli* receptoris in se susci„piat, aliquod levamen ipsis offerre desiderat; ideoque *li„centiam exposcit,* ut Ordinem exercere valeant ad *suum „beneplacitum* etc."

Hic S. Ordo respondit: „Religiosos huiusmodi esse „*saecularizatos ad annum et interim* etc. ut supra: per-

„tinere ad Ordines votorum solemnium; proinde nisi sint „aliqua *speciali* censura *irretiti,* nulla ipsi indigent *nova* „*facultate,* ut Sacris ministeriis Episcopi auctoritate in „respectiva Dioecesi possint vacare.“

Et haec dicta sint, ut ius et regula agendi in re Tibi proponatur cui a Deo Optimo Maximo cuncta felicia adprecamur.

Romae, die 16. Aug. 1898.

Amplitudinis tuae uti Frater Addictissimus

*S.* Card. *Vannutelli* Praef.

---

## 60.

## Ex Sacra Congregatione Rituum.

I.

### Decretum respiciens scapulare proprie dictum sacri Cordis Iesu.

RITUS ET FORMULA

**Benedictionis atque impositionis sacri Cordis Iesu.**

*Suscepturus Scapulare Sacri Cordis Iesu genuflectat, et sacerdos apostolica facultate pollens, stola alba indutus capite detecto dicat:*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu, qui ineffabiles Cordis tui divitias Ecclesiae sponsae tuae singulari dilectionis beneficio aperuisti: hoc scapulare eiusdem Cordis tui emblemate decoratum bene†dicere digneris; ut quicumque illud devote gestaverit, intercedente Beata et Clementissima Genitrice tua Maria, virtutibus et donis coelestibus ditari mereatur: Qui vivis et regnas etc.

*Postea Sacerdos Scapulare aspergit aqua benedicta illudque imponit, dicens*:

Accipe, frater, hoc scapulare Sacri Cordis Iesu, quo ornatus in honorem et memoriam amoris et passionis eius, per intercessionem Beatae Mariae Virginis, Matris Misericordiae, divinae gratiae largitatem et aeternae gloriae fructum consequi merearis. Per eumdem Christum Dominum nostrum.[1]

*Deinde una vice cum adscripto dicat sive latino sive vernaculo idiomate sequentes preces iaculatorias:*

Iesu mitis et humilis corde, fac cor nostrum sicut cor tuum.

Maria mater gratiae, mater misericordiae, Tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe.

[1] Si scapulare mulieri imponatur, dicatur: *Accipe Soror* etc. Si vero pluribus, tum omnia plurali numero dicantur.

DECRETUM.

Quo caritas Dei per Spiritum Sanctum diffusa constanter maneat et regnet in cordibus hominum, mirabiliter confluunt divina sacramenta et religiosae celebritates.

Inter has accensenda est solemnitas in honorem Sacri Cordis Iesu ab Ecclesia instituta, per quam non modo Cor Filii Dei et hominis adorandum et glorificandum proponitur, sed etiam symbolice renovatur memoria illius divini amoris, quo idem Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem, praebuit hominibus exempla virtutum, seque ostendit mitem et humilem corde. Verum studiosa fidelium pietas alios invexit modos, quibus ad eundem finem devotio erga Amantissimum Cor Iesu iucundis uberibusque fructibus ferax propagatur. Penes quamplurimos Christifideles pia ac laudabilis viguit ac viget consuetudo gestandi supra pectus emblema ipsius S. Cordis Iesu, ad instar scapularis, quae consuetudo a Beata Margarita Alacoque quodam coelesti lumine illustrata originem duxit, et ab Apostolica Sede partialibus indulgentiis locupletata est. Quum vero similis devotio foveatur et maiora in dies capiat incrementa praesertim in Galliis finitimisque regionibus; humiles enixaeque preces SSmo Domino nostro Leoni Papae XIII. porrectae sunt, ut ad maiorem Regni Christi eiusque divini amoris propagationem et gloriam provehendam, scapulare proprie dictum Sacri Cordis Iesu, cum apposito ritu et formula benedictionis atque impositionis approbare dignaretur. Hoc scapulare conficitur ex binis de more partibus laneis albi coloris, per duplicem chordulam seu vittam coniunctis, quarum una habet emblema Sacri Cordis Iesu, prouti pingi solet, altera autem refert imaginem B. Mariae V. sub titulo *Mater Misericordiae.* Sanctitas porro Sua, has preces peramanter excipiens, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, scapulare supradescriptum benedicendum atque imponendum ritu et formula, quae huic praeiacent decreto, ab iis tantum quibus facultas ab Apostolica Sede concessa fuerit, approbare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 4. Aprilis 1900.

*C.* Card. *Aloisi-Masella* Pro-Dat. S. R. C. Pro-Praef.

L. † S.

*Diomedes Panici,* S. R. C. Secretarius.

II.

## Decretum de scapulari Sacri Cordis Iesu in agonia facti, et amantissimi Cordis Mariae perdolentis.

RITUS ET FORMULA

**Benedictionis atque impositionis scapularis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae.**

*Suscepturus Scapulare Sacrorum Cordium Iesu et Mariae genuflectat, et Sacerdos apostolica facultate pollens, stola alba indutus, capite detecto, dicat:*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et teram.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, qui ad peccatorum salutem et miserorum perfugium Cor Filii tui Iesu Christi caritate et misericordia plenum et Cor Beatae Mariae Virginis eidem simillimum esse voluisti, hoc scapulare in honorem et memoriam eorumdem Sacrorum Cordium gestandum bene†dicere digneris, ut hic famulus indutus meritis et intercessione ipsius Deiparae Virginis secundum Cor Iesu inveniri mereatur. Per eumdem Christum Dominum Nostrum Amen.

*Postea Sacerdos Scapulare aspergit aqua benedicta illudque imponit, dicens:*

Accipe, Frater, Scapulare Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, ut sub eius protectione et custodia, utriusque Sacratissimi Cordis virtutes recolendo et imitando, resurrectionis gloriae dignus efficiaris. Per eumdem Christum Dominum Nostrum.[1]

Amen.

*Deinde una vice cum adscripto dicat sive latino sive vernaculo idiomate sequentes preces iaculatorias:*

Cor Iesu Sacratissimum, miserere nobis.

Cor Mariae Immaculatum, ora pro nobis.

DECRETUM.

Quum postremo hoc tempore per acta Sacrorum Rituum Congregationis, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ad cultum ac pietatem erga Divinum Cor Iesu atque Purissimum Cor Deiparae Virginis Christifidelium animos magis magisque excitare atque inflammare studuerit, Rmus Dnus Ioannes Ludovicus Robert, Massiliensis Episcopus, tempus opportunum atque utile advenisse censuit ad ipsum Beatissimum Patrem accedendi enixeque rogandi, tum suo tum Antistitae ac filiorum Cordis Iesu nomine, ut scapulare eiusdem Sacri cordis Iesu in agonia facti, necnon Amantissimi Cordis Mariae perdolentis, speciali ritu et formula benedicendum atque imponendum approbare dignaretur. Hoc autem scapulare ex privata fidelium devotione iamdiu adhibitum, constat ex duabus de more partibus laneis albi coloris per chordulam seu vittam coniunctis, quarum una praefert emblemata duorum cordium, Iesu nempe iis insignibus ornati, quibus repraesentari solet, et Immaculatae Matris Mariae gladio perforati, subiectis utrique instrumentis Dominicae Passionis; altera vero pars exhibet sanctam crucem ex panno rubri coloris. Sanctitas porro Sua, exquisita Sacrorum Rituum Congregationis sententia, supradescriptum scapulare una cum proprio ritu ac formula benedictionis et impositionis adhibendis ab illis tantum Sacerdotibus quibus ab Apostolica Sede facultas facta fuerit, approbare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 4. Aprilis 1900.

*C.* Card. *Aloisi-Masella* Pro-Dat. S. R. C. Pro-Praef.

L. † S.

*Diomedes Panici,* S. R. C. Secretarius.

[1] Si scapulare mulieri imponatur, dicatur: *haec famula*, etc. *Accipe Soror* etc. Si vero pluribus, tum omnia plurali numero dicantur.

III.

## Decretum Generale super Festo Titularium in Ecclesiis et Oratoriis publicis celebrando.

Cum Sacra Rituum Congregatio compererit nonnullos irrepsisse abusus circa Titularium Festa celebranda, sicut in Ecclesiis ita in Oratoriis publicis, Decreta hucusque evulgata in praesenti renovans et confirmans, declarat:

I. In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, relativum Titularis Festum quotannis esse recolendum sub ritu duplici primae classis cum octava.[1]

II. Ecclesias autem omnes esse ab Episcopo, nisi consecratae eae fuerint, saltem benedicendas, quemadmodum etiam Oratoria publica, sub formula in Rituali Romano praescripta.

III. Hinc pro Ecclesiis et Oratoriis publicis, ad effectum celebrandi Titularium Festa, illas sacras aedes esse intelligendas, quae pro Missis celebrandis sacrisque aliis, etiam solemnioribus, functionibus paragendis ab Ordinariis locorum destinatae, vel consecrantur vel solemniter benedicuntur, ut publico fidelium usui libere plus minusve deserviant.

[1] „Possunt ne esse duo Titulares unius Ecclesiae? Et quatenus affirmative, — Gaudetne uterque privilegiis ex Rubrica?“ Resp. „Ad primam quaestionem *Affirmative.* Ad secundam quaestionem pariter *Affirmative; dummodo sint aeque principales.*“ (S. R. C. 14. April. 1877. Oscen. Ad III. Nro. 3417). — „Quando Ecclesiae alicuius Titulares sint duo Sancti, quorum Officium seu Festum distinctis diebus assignatur; debetne recoli seorsim Festum sub ritu duplici primae classis cum octava?“ Resp. „Affirmative“. (S. R. C. 12. Sept. 1884. Tarvisina. Ad III. Nro. 3622).

IV. Relativi Titularis Festum a toto Clero, si extiterit, vel a Sacerdote Rectore Ecclesiae aut publico Oratorio addicto, per integrum Officium celebrabitur: secus, in defectu cuiusvis Cleri, per solas Missas iuxta Rubricas.[1]

V. In Oratoriis autem, quae existunt in aedibus episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus Domibusque Regularium, relativum Titularis Festum non celebrabitur, nisi in casu quo aliqua ex iis consecrata vel benedicta solemniter fuerint.

VI. Denique Sacra Rituum Congregatio mandat, ut nullum ex Oratoriis privatis consecretur, aut Benedictione donetur solemni, quae in Rituali Romano legitur; sed ea tantum formula benedicatur, quae pro Domo nova aut loco in eodem Rituali habetur.

Et ita declaravit.

Die 5. Iunii 1899.

(Collectionis Decretorum authenticae Nro. 4025.)

IV.

## VICEN. dubia quoad Missas lectas de requie.

Ad quandam controversiam tollendam circa interpretationem decretorum 3903 *Aucto* 8. Iunii 1896 et 3944 *Romana* 12 Ianuarii 1897 quoad Missas lectas de Requie, hodiernus Caeremoniarum magister Basilicae Cathedralis Vicensis in Hispania, de consensu sui Rmi Episcopi, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia enodanda humillime exposuit; nimirum:

I. Utrum ex enunciatis decretis Missae lectae, quae a Sacerdotibus celebrantur in Ecclesiis et Oratoriis civitatis pro defuncto, cadavere insepulto vel sepulto non ultra biduum a die obitus seu depositionis, celebrari valeant de *Requie*, dummodo in parochiali Ecclesia fiat funus cum Missa exequiali; an hoc privilegium sit proprium tantummodo Ecclesiae, in qua funus peragitur cum sua Missa exequiali?

II. Utrum quilibet Sacerdos possit unam tantum Missam de Requie celebrare, vel plures, diversis diebus, dummodo cadaver sit insepultum non ultra biduum?

III. Utrum pro defuncto, qui morabatur in civitate et obierit extra civitatem, possint etiam in ipsa civitate praedictae Missae lectae de Requie celebrari?

IV. Quomodo intelligenda sit praesentia physica vel moralis requisita in decretis suprarelatis?

[1] „Num Professores nec non Seminaristae in maioribus constituti Ordinibus teneantur ad octavam Patroni Ecclesiae Seminarii, quae omnibus patet fidelibus?“ Resp. „Teneri ad octavam Titularis Ecclesiae adnexae“ (Praesidem, Professores atque Alumnos Seminarium inhabitantes) „et ad commemorationem de eodem in Suffragiis per annum ad tramitem Rubricae.“ (S. R. C. 27. Febr. 1847. Vic. Ruremond. Ad 3. et 5. Nro. 3939).

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit:

Ad I. *Negative* ad primam partem, *Affiirmative* ad secundam.

Ad II. Stetur Decretis.

Ad III. et IV. Provisum in praecedentibus; et Missae privatae de Requie nonnisi in Ecclesia vel Oratorio publico permittuntur ubi fit funus cum Missa exequiali: in Oratoriis autem privatis Missae, quae ibidem legi permittuntur, possunt esse de Requie, praesente cadavere in domo; servatis ceteris clausulis et conditionibus.

Atque ita rescripsit. Die 3. Aprilis 1900.

*C.* Card. *Aloisi-Massella* Pro-Dat. S. R. C. Pro-Praef.

L. † S.

*Diomedes Panici,* S. R. C. Secretarius.

V.

## VICEN. dubia quoad habitum choralem Magistri caeremoniarum.

Hodiernus Caeremoniarum magister Basilicae Cathedralis Vicensis in Hispania, praehabito consensu sui Rmi Episcopi, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur pro opportuna declaratione reverenter exposuit, nimirum: cum orator accepit possessionem Beneficii, cui officium magistri caeremoniarum est adnexum, vigebat in Basilica Cathedrali Vicensi consuetudo, qua magister caeremoniarum habitu chorali seu Beneficiarii proprio utebatur in munere caeremoniarii exercendo. Hac consuetudine deposita iuxta decretum 3840 Granaten. 14 Decembris 1894, alia invecta est praxis consentiente Rmo Capitulo eiusdem Basilicae Cathedralis; videlicet: magister caeremoniarum vestem violaceam adhibet cum superpelliceo, quotiescumque officio suo fungitur sive in altari sive in choro, exceptis casibus, in quibus Vesperae, *Te Deum,* et Laudes tantum solemniter in eadem Basilica canuntur, ne ipsemet discedere a choro debeat in principio Completorii et in fine Matutini ob habitus mutationem. Hisce positis, idem Orator ut supradicta praxis concordet cum Caeremoniali Episcoporum et Decretis, expostulavit:

I. Utrum in Pontificalibus functionibus Episcopi Ordinarii sive in Cathedrali, sive extra ipsam, in propria tamen Dioecesi, magister caeremoniarum veste violacea uti debeat?

II. Utrum etiam in Pontificalibus ab alio Episcopo, de consensu tamen Ordinarii Dioeceseos celebratis, eandem vestem adhibere valeat?

III. Utrum tali veste uti possit vel debeat quando celebrat Capitulum Cathedrale, sive in ipsa Basilica sive extra, tam praesente quam absente Episcopo?

IV. Utrum etiam eandem vestem induere valeat in Vesperis, Completorio, Matutino et Laudibus solemnibus?

V. Quo habitu uti debeat cum solemniter tantum Vesperae, *Te Deum* et Laudes canuntur; et an e choro exire debeat tempore opportuno ad mutandum habitum?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, si Capitulum Cathedralis Ecclesiae intersit.

Ad III. Serventur Decreta 2310 Aquilana 22 Ianuarii ad 3, et 2621 Dubiorum 17 Septembris 1822 ad 12.

Ad IV. Affirmative, sed ad normam Decretorum ut supra in dubio III.

Ad V. Quoad primam partem provisum in praecedentibus: quoad alteram servari potest praxis praesertim Basilicarum Urbis.

Atque ita rescripsit, die 3. Aprilis 1900.

*C.* Card. *Aloisi-Masella* Pro-Dat. S. R. C. Pro-Praef.

L. † S.

*Diomedes Panici,* S. R. C. Secretarius.

VI.

## An Episcopus Dioecesanus thronum suum alteri Episcopo cum Canonicorum assistentia sibi debita cedere possit?

Quum tanta commeandi ac itinerum suscipiendorum et perficiendorum facilitas illud etiam commodi attulerit, ut Episcopi diversarum Dioecesium saepius conveniant, sive ad festum aliquod solemnius agendum, sive ad coetus episcopales celebrandos, quaesitum est: utrum liceat Episcopo Dioecesano thronum suum alteri Episcopo cedere. Hinc Sacra Rituum Congregatio quaestionem super hac throni cessione sibi pluries delatam, studiose pertractare opportunum duxit. Quare ab E.mo ac R.mo D.no Cardinali Andrea Steinhuber Relatore, in Ordinariis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, propositum fuit dubium: „An Episcopus Dioecesanus gaudeat iure cedendi thronum suum alteri Episcopo cum Rmo.rum Canonicorum adsistentia sibi debita?“

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate discussis atque perpensis rescribendum censuit: *Affirmative,* dummodo Episcopus invitatus non sit ipsius Dioecesani Coadiutor, aut Auxiliaris aut Vicarius Generalis aut etiam Dignitas seu Canonicus in illius Ecclesiis. Sicut autem Cardinales Episcopi Suburbicarii aliique Titulares Ecclesiarum Urbis tantum Purpuratis Patribus thronum cedere possunt, ita Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet ut suum thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. Die 9. Maii 1899.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 12 Iuniii, eodem anno.

*C.* Card. *Mazzella* Praef.

L. † S. *D. Panici* Secret.

VII.

## Quando pro paupere defuncto Missa exequialis legi tantum possit?

Instantibus aliquibus Parochis, Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium propositum fuit: „An pro paupere defuncto cuius familia impar est solvendi expensas Missae exequiales cum cantu, haec Missa legi possit sub iisdem clausulis et conditionibus, quibus praefata Missa cum cantu conceditur. Et Sacra Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque rite expensis, rescribendum censuit: *Affirmative*, seu permitti posse in casu Missam exequialem lectam, loco Missae cum cantu, dummodo in dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa officio diei currentis respondens. Die 9 Mai 1899.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit. Die 12 Iunii, eodem anno.

*C.* Card. *Mazzella* Praef.

L. † S. *D. Panici* Secret.

VIII.

**Decretum** *de intonand. antiph. in choro.* — Sacra Rituum Congregatio, Rubricis inhaerens Caeremonialis Episcoporum, declarat:

I. „Antiphonas in Choro, nonnisi stando, esse intonandas a quibuscumque seu Beneficiatis aut Mansionariis seu Canonicis.“

II. „Si ab uno ex Canonicis intonatur, omnibus esse surgendum in Choro praesentibus, Hebdomadario excepto, si sit paratus; vel ab una illius qui intonat parte, vel ab utraque, iuxta Ecclesiarum consuetudinem.“

III. „Si vero Antiphona ab uno ex Beneficiatis aut Mansionariis intonetur, omnes, Canonicis exceptis, surgere debere, vel ab una tantum parte, ut supra, vel ab utraque; prouti Ecclesiarum fert consuetudo.“

Atque ita servari mandavit.

Die 12 Iulii 1892.

IX.

**Decretum Generale** *de usu mozzettae, rocchetti et cottae.* — Sacra Rituum Congregatio, statuit:

I. „In omni seu Sacramentorum seu Sacramentalium confectione et administratione, tam in propriis quam in

alienis quibuscumque Ecclesiis, utendum esse semper superpelliceo et stola: retento nihilominus quod Rituale Romanum docet circa Sacramentum poenitentiae (Tit. III, cap. 1, n. 9).“

II. „Canonicis et Parochis quocumque privilegio fruentibus, etiam deferendi rocchettum et mozzettam coram Pontifice, in iisdem Sacramentis et Sacramentalibus conficiendis et administrandis, usum cappae, mozzettae, vel caputii esse omnino interdictum; ii nihilominus, qui rocchetti privilegio gaudent, idem retinere, sed in propria tantum Ecclesia, privilegio secluso, permittuntur, dummodo super illud superpelliceo ac Stola induantur: qui vero superpelliceum super rocchettum induere prohibentur, nonnisi cum superpelliceo ac stola, Sacramenta et Sacramentalia conficiant et administrent.“

III. „In concionibus autem, nec non in publicis conventibus sacris, usum cappae, mozzettae vel caputii Sacra Rituum Congregatio permissum declarat iis tantum, qui eiusmodi insignibus gaudent, in solis tamen Ecclesiis propriis, haud vero in alienis privilegio pariter secluso, nisi in his capitulariter conveniant; nunquam autem in aliena Dioecesi.“

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 Iulii 1892.

## 61.

## Verordnung des Finanzminiſteriums vom 14. Juli 1900,

### betreffend die Einbekennung des dem Gebürenäquivalente unterliegenden Vermögens, für das Decennium 1901—1910.

Das Reichsgeſetzblatt vom 19. Juli 1900, L. Stück, Nr. 120 brachte eine Verordnung des Finanzminiſteriums vom 14. Juli 1900, aus welcher hier behufs der nöthigen Information die wichtigſten §§ herausgehoben werden.

Die Muſter für die Einbekennung werden von den Finanz-Landesbehörden in Druck gelegt und den Parteien gegen Vergütung der Geſtehungskoſten verabfolgt.

### 120.

### Verordnung des Finanzminiſteriums vom 14. Juli 1900,

**betreffend die Einbekennung des dem Gebürenäquivalente unterliegenden Vermögens, dann die Bemeſſung und Entrichtung dieſer Abgabe für das ſechste Decennium (1901 bis 1910).**

In Betreff der Einbekennung des dem Gebürenäquivalente nach Maßgabe der Geſetze vom 9. Februar 1850, R. G. Bl. Nr. 50, und vom 13. December 1862, R. G. Bl. Nr. 89, ſowie der nachträglichen geſetzlichen Beſtimmungen unterliegenden Vermögens, dann der Bemeſſung und Entrichtung dieſer Abgabe für das ſechste Decennium (1901 bis 1910) wird Nachſtehendes verordnet:

#### I. Gegenſtand der Einbekennung.

§ 1.

Zum Zwecke der Bemeſſung des Gebürenäquivalentes für das ſechste Decennium iſt nach dem Stande vom 1. Jänner 1901 einzubekennen:

a) Das geſammte, dem äquivalentpflichtigen Subjecte, dieſes mag im Inlande oder im Auslande ſeinen Sitz haben, gehörige, im Inlande gelegene unbewegliche Vermögen, ohne Unterſchied der rechtlichen Eigenſchaft des Beſitzes, mit den damit verbundenen Nutzungsrechten und ohne Unterſchied, ob der Beſitz in den öffentlichen Büchern eingetragen iſt oder nicht;

b) das wo immer befindliche bewegliche Vermögen der äquivalentpflichtigen Subjecte, welche im Inlande ihren Sitz haben, ferner das im Inlande befindliche bewegliche Vermögen äquivalentpflichtiger Subjecte, welche im Auslande ihren Sitz haben.

§ 2.

Die Verpflichtung zur Einbekennung des Vermögens und zur Entrichtung des Gebürenäquivalentes beſteht im Sinne des Punktes 1 der Tarifpoſt 106, B. e. des Geſetzes vom 13. December 1862 nicht nur bezüglich des Vermögens förmlich conſtituierter juriſtiſcher Perſonen, ſondern auch bezüglich jedes anderen unbeweglichen und beweglichen Vermögens, ſobald nicht beſtimmten einzelnen Perſonen ein Antheil an dem Vermögensſtamme zuſteht.

§ 3.

Findet eine geſetzliche Befreiung vom Gebürenäquivalente ſtatt, ſo iſt dieſelbe geltend zu machen und deren Anerkennung durch die Finanzbehörde zu erwirken.

Äquivalentpflichtige Subjecte, welche am 1. Jänner 1901 noch nicht durch volle zehn Jahre beſtehen, haben vorläufig nur den Zeitpunkt ihrer Gründung oder Entſtehung der zur Bemeſſung des Gebürenäquivalentes berufenen Behörde nachzuweiſen und erſt beim Ablaufe des zehnten Jahres ihres Beſtandes ihr Vermögen nach dem Stande dieſes Zeitpunktes vorſchriftsmäßig einzubekennen.

#### II. Perſonen, welche zur Einbringung der Bekenntniſſe verpflichtet ſind.

§ 5.

Der Einbekennung des gebürenäquivalentpflichtigen Vermögens obliegt:

für kirchliche und weltliche Stiftungen, ohne Unterſchied des Zweckes derſelben, den Verwaltern;

für Beneficien, ſoferne ſie nicht einer Communität incorporiert ſind, für das Vermögen der Erzbisthümer und Bisthümer den Nutznießern und im Falle der Vacanz den Adminiſtratoren, Proviſoren (Verwaltern der Intercalareinkünfte);

für das Vermögen incorporierter Beneficien dem Vorſtande der Communität, welcher das Beneficium incorporiert iſt;

für Kirchen den Kirchenvermögensverwaltern;

für Dom- und Collegiatcapitel, Propſteien, Stifte, Klöſter und andere kirchliche Corporationen (Convente) den Vorſtänden.

### III. Form der Einbekennung.

§ 6.

Das unbewegliche Vermögen iſt nach den beiliegenden Muſtern A/1 und A/2, das bewegliche nach dem Muſter B, und die dem Gebürenäquivalente unterliegenden Nutzungsrechte (wie das Jagd-, Fiſcherei-, Mühl-, Schank-, Markt-, Maut-, Überfuhrsrecht u. dgl.) ſind nach dem Muſter C abgeſondert einzubekennen.

Die vorläufige Bekanntgabe der Vermögensbeſtandtheile, bezüglich welcher die Verpflichtung zur Entrichtung des Gebürenäquivalentes gemäß der Anmerkung 3 zur Tarifpoſt 106, B. e. des Geſetzes vom 13. December 1862 am 1. Jänner 1901 noch nicht begonnen hat (§ 3, Abſatz 3), hat mittelſt eines beſonderen Verzeichniſſes nach dem Muſter D zu geſchehen, in welchem zuerſt die unbeweglichen Sachen nach der Reihenfolge ihrer Erwerbung und ſodann die beweglichen Sachen nach derſelben Reihenfolge anzuführen ſind.

Dieſe Muſter ſammt Einlagsbögen zu denſelben werden von den Finanzlandesbehörden ſogleich in Druck gelegt und den Parteien gegen Vergütung der auf jeder Druckſorte erſichtlich gemachten Geſtehungskoſten verabfolgt.

Das Vermögen der Beneficien, Kirchen und Stiftungen iſt nicht vermengt, ſondern getrennt einzubekennen.

Geſellſchaften, Vereine und Anſtalten, welche zur öffentlichen Rechnungslegung verpflichtet ſind, haben dem Bekenntniſſe auch den letzten Rechnungsabſchluſs beizulegen.

Jedes Bekenntnis oder Vermögensverzeichnis iſt durch Beifügung des Ortes und Tages der Ausfertigung zu datieren und in rechtsverbindlicher Form zu unterſchreiben.

§ 7.

Vermögensbeſtandtheile, bezüglich welcher eine dauernde Befreiung vom Gebürenäquivalente geltend gemacht wird, ſind, inſoweit ſie zur verläſslichen Conſtatierung der Befreiung einbekannt werden müſſen (§ 3, Abſätze 1 und 2), in dem betreffenden Bekenntniſſe, und zwar am Schluſſe desſelben unter Nachweiſung des Befreiungsgrundes anzuführen.

### VIII. Friſt zur Einbringung der Bekenntniſſe und Vermögensnachweiſungen.

§ 29.

Die Bekenntniſſe über das Vermögen, welches am 1. Jänner 1901 bereis äquivalentpflichtig iſt, dann die im § 3, Abſätze 3 und 4, und im § 6, Abſatz 2, erwähnten Nachweiſungen über das Vermögen, welches erſt nach dem 1. Jänner 1901 äquivalentpflichtig wird, beziehungsweiſe über den Zeitpunkt der Entſtehung der am 1. Jänner 1901 noch nicht zehn Jahre alten äquivalentpflichtigen Subjecte ſind ſpäteſtens bis Ende April 1901 einzubringen.

§ 30.

Jene unbeweglichen und beweglichen Sachen, bei denen die Verpflichtung zur Entrichtung des Gebürenäquivalentes nach der Anmerkung 3 zur Tarifpoſt 106. B. e. des Geſetzes vom 13. December 1862 erſt nach dem 1. Jänner 1901 eintritt (§ 3, Abſätze 3 und 4, § 28), ſind innerhalb dreißig Tagen nach dem Eintritte der Verpflichtung zur Entrichtung des Gebürenäquivalentes unter Angabe des Wertes nach den Verhältniſſen des Tages, an welchem dieſe Verpflichtung eingetreten iſt, auf den vorgeſchriebenen Muſtern gehörig einzubekennen.

Es können jedoch die Parteien auf ihr Anſuchen von der Pflicht zu dieſer fallweiſen Einbekennung gegen dem enthoben werden, daſs ſie dreißig Tage nach Schluſs eines jeden Jahres über alle im Laufe desſelben in die Äquivalentpflicht neu eingetretenen Vermögenstheile ein Geſammtbekenntnis einbringen.

### X. Folgen der nicht rechtzeitigen oder unrichtigen Einbekennung.

§ 33.

Auf die Unterlaſſung der rechtzeitigen Einbekennung iſt der § 80 des Gebürengeſetzes vom 9. Februar 1850 in der Art anzuwenden, daſs die zweifache Gebür während des ganzen zehnjährigen Zeitraumes, für welchen die Bemeſſung des Gebürenäquivalentes zu geſchehen hat, einzuheben iſt.

Die Verheimlichung oder unrichtige Angabe der einzubekennenden Gegenſtände unterliegt nach § 84, Z. 3 des Geſetzes vom 9. Februar 1850, der Behandlung nach dem Strafgeſetze über Gefällsübertretungen. Dies gilt namentlich auch, wenn bei Sachen, die an ſich beweglich ſind, deren Eigenſchaft als Zugehör einer unbeweglichen Sache verſchwiegen wird.

---

## 62.

## Weiſung, betreffend die Ausſtellung von Löſchungs-Quittungen.

In Angelegenheit der Ausſtellung von Löſchungs-Quittungen über grundbücherlich ſichergeſtellte Kirchen-, Pfründen- oder Stiftungs-Capitalien hat die wohllöbliche k. k. Finanz-Procuratur unter dem 13. September 1900, Zahl 10733/II, nachſtehendes Schreiben anher gerichtet:

„In den zahlreichen, durch die k. k. Statthalterei zur Überprüfung der Rechtsförmigkeit anherlangenden Löſchungs-Quittungen der Pfarrämter über grundbücherlich ſichergeſtellte Kirchen-, Pfründen- oder Stiftungs-Capitalien finden ſich faſt regelmäßig Unrichtigkeiten vor, welche zwar beanſtändet werden, aber doch eine neuerliche Ausfertigung der Quittung angeſichts der bisher coulanten Praxis der Gerichte bei Beurtheilung derartiger Urkunden nicht gerade als geboten erſcheinen laſſen.

Da ſomit von hier aus eine Neuausfertigung der Urkunde in der Regel nicht begehrt wird, wiederholen ſich die gerügten Fehler immer wieder. Dieſelben beſtehen hauptſächlich darin, daſs nur in die Löſchung, nicht aber in die *Einverleibung* der Löſchung gewilligt wird, während letzteres im Gegenſatze zur Vormerkung (§ 8 allg. Grundb. Geſ.) doch erforderlich iſt, oder daſs die Löſchung *bewilligt* wird, was nach dem Grundbuchsgeſetze nur dem Gerichte zuſteht, während der techniſche Ausdruck für die vom Gläubiger abzugebende Erklärung „Einwilligung" lautet (§ 32 b und § 94 allgem. Grundb. Geſ.), oder endlich daſs in die Löſchung der *Urkunde* anſtatt des betreffenden *Rechtes* gewilligt wird (§ 9 allg. Grundb. Geſ.)

Auch kommt es öfters vor, daſs auf den Quittungen die Unterſchriften notariell legaliſiert werden, was eine unnöthige Auslage mit ſich bringt, da gemäß § 3 des Geſetzes vom 4. Juni 1882, R.-G.-Bl. Nr. 67 Tabularurkunden, welche mit einer Genehmigungsclauſel der k. k. Statthalterei zu verſehen ſind, der Legaliſierung nicht bedürfen.

Da es nun nicht nur wünſchenswert iſt, daſs der hieramtlichen Überprüfung unterliegende Löſchungsquittungen formell richtig ausgefertigt werden, ſondern auch einzelne Gerichte in den beſprochenen Fehlern doch ein Hindernis der Löſchungsbewilligung erblicken könnten, würde es ſich empfehlen, durch das kirchliche Verordnungsblatt die Weiſung ergehen zu laſſen, daſs in den Löſchungs-Quittungen ſtets die *Einwilligung zur Einverleibung* der Löſchung des für die fragliche Forderung ſ. A. haftenden *Pfandrechtes* bei der genau nach der Grundbuchsbezeichnung anzugebenden Realität zu ertheilen, und mit Rückſicht auf die beizuſetzende Genehmigungsclauſel der k. k. Statthalterei von einer Legaliſierung der Unterſchriften abzuſehen ſei."

Indem die vorſtehende Inſtruction den F. B. Pfarrämtern zur genauen Darnachachtung mitgetheilt wird, erſcheint es auch zweckmäßig, für die gewöhnlich vorkommenden Fälle das von der genannten k. k. Finanz-Procuratur verfaſste Formulare einer Löſchungsquittung beizufügen.

**Löſchungsquittung.**

Scala II

Bei der im Grundbuche des k. k. . . . . . . . Gerichtes . . . . . . . . . . . . . . unter Einl.-Z. . . . . . der Cat. Gemeinde . . . . . . . . . einkommenden Liegenſchaft haftet sub praes. . . . . . . . das Pfandrecht für die . . . . . . . . . Forderung gegen . . . . . . . . . aus dem Schuldſcheine vom . . . . . . . . . . . . . . . . per . . . . . ſammt . . . . . . . . . . . . . zu Gunſten der . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Die gefertigte . . . . . . . . . . . . . . Vorſtehung durch ihre geſetzliche Vertretung beſtätigt hiemit, daſs d . . Eigenthümer der Hypothekarrealität . . . . . . . . . . dieſe Forderung ſammt Zinſen bezahlt ha . . und ertheilt hiemit ihre Einwilligung, daſs im Grunde der gegenwärtigen Urkunde die Löſchung des Pfandrechtes für die oben bezeichnete Forderung ſammt Anhang bei der Liegenſchaft E.-Z. . . . der Cataſtral-Gemeinde . . . . . einverleibt werde.

Datum.

Amtsſiegel. Unterſchriften.

Genehmigungsclauſeln.

## 63.

## Diöceſan-Nachrichten.

**Ernannt** wurden: P. Calliſtus Heric, Guardian und Adminiſtrator der Vorſtadtpfarre zur hl. Maria in Marburg, zum F. B. Lavanter Ehrenconſiſtorialrathe, und P. Ludwig Wellenthal, Vicar des Franciscanerkloſters in Marburg, zum F. B. Lavanter Geiſtlichen Rathe.

**Beſtellt** wurde Herr Anton Podvinski als Beneficiat der zeitweilig vereinten Beneficien der Leeb'ſchen Stiftung und zum hl. Dismas in Pettau.

**Überſetzt** wurden die Herren Kapläne: Karl Kumer nach Gonobiz, Joſef Panič nach Reichenburg und Franz Trop nach Schleiniz bei Marburg.

**Neuangeſtellt** wurden als Kapläne die abſolvierten Herren Theologen: Franz Adlasnik in Hohenmauten, Anton Kociper in St. Marxen und Franz Planinc in Tainach.

**Unbeſetzt** iſt geblieben ein Kaplansposten in Weitenſtein.

**F.-B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,**

am 1. September 1900.

**† Michael,**

**Fürſtbiſchof.**

Druck der St. Cyrillus-Buchdruckerei in Marburg.